




BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVI 3437










# CONFLICTVS

AD NEVELAM POLONORVM

CVM MOSCHIS.

Auctore

Ioanne Stariconio Semusouio, Philomuso  
Academico Occulto.



76064

BONONIAE,

*Ex Officina Mercuriana Ioannis Rossij,*

MDLXVIII.

Curiae Episc. & Sanctiss. Inquisitionis concessu.


76.064

CONFELIUS  
AD NEVELAM POLONORVM  
CVM MOSCHIS.

Auctore

Joanne Stariconio Semchovio, Philologo  
Academico Occulto.

1780



BONONIAE  
In Officina Aedificata Joannis Rossi

MDCCLXXXII

78002

XVI. gr. 3437

SERENISS. ET POTENTISS.

PRINCIPI, ET DOMINO,

DN. SIGISMUNDO AVGVSTO

Iageloni, Inclyto Polonorum Regi, Magno  
Duci Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouia,  
Pomerania, Liuoniæ, Samagethiæq; Domino  
& hæredi, Domino suo colendissimo.



*I licet, & fas est, oculis Auguste  
benignis,*

*Vatis primitias, intueare tui.*

*Quodq; ad Romulei, cecinit mea  
Musa, susurros*

*Tybridis, indignum perlege Re-  
ge melos.*

*Inuenies illic Moschos: & Lechica duri*

*Auspice te, quantum pectora Martis habent.*

*Videris Arctoas, titulis accedere nostris,*

*Et tibi, deuictas succubuisse, plagas.*

*Seriùs hoc equidem (nam tertia uertitur æstas,*

*Moschia quò nostro fulmine tacta gemit)*

*Seriùs hoc Italis inquam, enarrare libello*

*Incepi, heu latuit gloria uestra diu.*

*Peccatum fateor, sed me peccasse licebat:*

*Ei dignus uenia quisque coactus erit.*

Vatis enim Andini, cum sit tua gloria cantu  
Digna, mihi nimium grande fuisse onus.  
Res quoque tanta fuit, nostrum submittere robur  
Cui, nisi nil aliud, litus arare fuit,  
Et Rodopes taxos, Aemi coniungere syluis,  
Et Siculi guttas enumerare sali.  
His onus hoc potius dederam, quorum Indica sulcas  
Aerato semper, cærule, dente ratis.  
Et quorum ingenium multò felicius, atq;  
Amne suo cursus uberiore facit.  
Nostra leues fluvii, uix suffert cimbula fluctus:  
Et modico ingenium, labitur amne meum.  
At quia, magnorum usque huc processere Aratorum  
Somnia, nec soluunt membra sopore suo.  
Plusq; illaudati dignas Busiridis aras,  
Quàm tua, perpetuo carmine, gesta putent:  
Quamuis nauta rudis, pelagus nec currere possem,  
Attamen imposui carbasa magna rati.  
Sive nec ingenia ualeam, nec uiribus æquis,  
Diuina uolui te cecinisse lyra.  
Hoc siquidem nobis imo de corde petatum est,  
Ut tua per populos, gloria tanta foret.  
Luxurient alii ingenii, quos æquis amauit  
Cynthius, atque armenti prælia in atra Iouem;  
Disparibus numeris, me certè uestra tueri  
Non pudet, & gratis me decet esse probum.

Comprobee



Comprobet officium tua Rex Auguste uoluntas.

Et dexter nostrae uela tuere ratis.

Te duce contemnat linguas mea Musa malignas,

Inq; tua cantu fessa quiescat humo.

Primus ego Andinas (tantummodò uita superfis

Utriq;) efficiam te celebrare Deas.

Primus Mantoi referam tibi uatis honorem,

Et mea quem laudet, Musa Quirinus eris.

Atq; ubi, saxoso decurrens gurgite, Sanus

Murmurat, & patrium perluit amne solum;

Propter aquam, in uiridi constrato gramine campo,

De solido, ponam marmore templa tibi.

In medio mihi numen eris, aditusq; tenebis

Auguste: atq; loci tu Deus huius eris.

Aurea uelabunt omnes aulae recessus,

Inflexosq; tegent myrtea ferta tholos.

Illic Iagelo radius pingetur acutis,

Illic resq; suae posteritatis erunt.

In foribus Litaum gentes illo auspice primum,

Aeterno effingam ritè litasse Deo.

Has Ister bello fractus septena sequetur

Cornua, & immissus colla superba iugo.

Mox profugos, amisso addam ex oriente Borussos,

Atq; triumphatos iura Polona pati.

Stabunt & Bessorum aquila, uerum apta rapinae

Pro dominis, acuent cornea rostra nouis.

Nec sua Corithbis depromet vela Gelonus,  
Maluerit potius uictus abisse Tomos.  
Moschicus hinc hirtos uelatus arundine crines  
Præbebit uinctas ære Volochda manus.  
Parte alia Kalachos, pulsum & Bohodana procellis  
Submerget, nullo segnior amne Tyras.  
Deniq; tu Grachi redimitus tempora lauro,  
Ad sedem niueis progredieris equis.  
Victa triumphalem præcedet Moschia currum,  
Et debellatis raptâ trophæa uiris.  
Te croceis circum uolitans, uictoria pennis,  
Victorem populis, deferet esse tuis.  
In summo (stellis ubi clarum ardentibus axem  
Adiciam) hæc fieri cuncta iubebo, tholo.  
Stabit acerba tuens oculis, Saturnia luno,  
Corrumpens Lechis inuidiosa Iouem:  
Aeneadum genitrix, pro libertate Polona,  
In ferrum, & lachrymas, & maledicta ruet:  
Iuppiter in medio, promissa in corde reuoluens,  
Amborum dirimet fata bilance pari.  
Illam indignantem, magno cum murmure Diuum  
Aspicias, causa quod citò uicta cadat  
Hanc exultanti similem, similemq; iocanti  
Gratantes cernes ordine adire Deos.  
Hinc placet Augusti, celebrare Augusta, Calendis  
Sacra (habeant proprios propria festa dies)

Et

Et bis sex aris, toti dem admouisse iuuenos,  
Thuraq<sup>ue</sup> odoratis i mposuisse focis.  
Cuncta mihi Bogum linquens, Hypanisq<sup>ue</sup> fluentem  
Laus aderit nostri Russia sola fori.  
Cursibus hæc mecum (referemus Olympia) ludos  
Instituet, uictor qui prior ibit erit.  
Ipse tamen foliis cinctus, uidetricis Oliuæ,  
Primus quadriugos puluerulentus agam.  
Post ea mox uires, etiam naualibus armis,  
Quidue queant nostras, experiemur opes.  
Tu modo te placidum dederis, & numine sancto  
Non dedigneris pectora nostra tuo.  
Tutius Aeolis nam arreptus nauita uentis,  
Dum Neptunus erit dexter imbit iter.  
Fortius atque rudis cæstus gladiator arena,  
Excipiet si spes ulla salutis erit.  
At uero, unde Deum regina inimica Polonos  
Oderit? & Veneris cur tueatur amor?  
Si qua uetustatis uerum monumenta fatentur,  
Lechiaci regni Dardanus author erit.  
Nouimus indomitum pectus Iunonis iniquæ,  
Et quod Pelleo sustulit ense Phryges.  
Reliquias Troiæ nos, ob peccata parentum  
Persequitur, simili uultq<sup>ue</sup> subesse malo.  
Namq<sup>ue</sup> ubi res Phrygiæ Danaum cessere furori,  
Corruit & Priami regia celsa senis.

Diuersa

*Diuerſa exilia, & diuerſas quæreſe ſedes,  
Troiuſenas miſeros, lucis adegit amor:  
Vel quia, ne penitus cecidiſſet Troia ſariſſis,  
Conſilium magni tale Tonantis erat.  
Regna petiturus, fugiens Simoenta, Liburnum  
Dicitur Antenor uela dediſſe rati.  
Bis denis, Siculum conſcendit, nauibus, æquor  
Aeneas, Italumq̃, attigit exul opes.  
Ille urbem Pataui, regna hic Albana locauit,  
Romuleæq̃ prior ſtirpis origo fuit.  
Pars Hænetum pertæſa maris, longiq̃ laboris,  
Quem peteretq̃, ſatis non benè certa loci.  
Hoſpitiũ antiquum Troiæ regnata Lyncurgo.  
Regna petit, ſua ubi ſpes Polidorus erat.  
Addunt ſe ſocios Niſi, Niſchiq̃, Phrygeſq̃.  
His & Haliczones gens opulenta uiris.  
Ingreſſi rigidam, non fauſto ſydere Thracen,  
Inter Biſtomias ſe poſuere niues.  
Eſt res priſca, tamen prorsus non diſſona uero:  
Emathiam attingunt ex Aquilone Phryges.  
Nuncq̃ ubi Dardanidæ, Niſi, ſociæq̃ cateruæ,  
Conſtiterant: etiam nomina nuda manent.  
Sed poſtquam Danaum, Polimeſtor ſigna ſecutus,  
Priamidemq̃ illi fas uiolare fuit.  
Conuulſis ſubito caſtris, polluta relinquunt  
Hoſpitia, & celerant inde referre pedes.*

*Deuenere*

Deuenere locos Scythiæ, loca plena tenebris  
 Heu quondam tenebris Lechia nota fuit.  
 Partitiq; solum, cessere Ceraunia Moschis  
 Caucafi, Haliczones accoluere Tyram.  
 Confedere Henetum reges, ubi maximus exit  
 Istula, & æterno flumina fonte tenet.  
 Signa patent facti, retinent uetus æquora nomen,  
 Deq; Henetis pelagus, fert Boreale genus.  
 Moschorum annales, referunt dum ab origine gentem,  
 Se dicunt Thracen incoluisse prius.  
 Hoc credat quicumque uolet, tamen ore loquentes  
 Hos & Haliczones, conueniente notet.  
 At quis Haliczones, Phrygiæ neget esse colonos?  
 Græcaq; contendet uerba fuisse Scythis?  
 Certè equidem, unde suum producat Halicia nomen  
 Russiæ, Haliczones ipse fuisse reor.  
 Non etenim Galato, muros præcingitur amni,  
 Eius & à portus longius æquor abest.  
 Quin age, quod plures populi fecisse leguntur,  
 Nomen, & hos patriæ detinuisse suæ.  
 Nec mirum, si non subito innotuere Latinis,  
 Cum requies illis laude petita fuit.  
 Et loca, quæ Phrygiæ primum obsedere coloni,  
 Cimmeriis tenebris nota fuere minus.  
 Hocq; fuit fatum, ut socio deleta furore  
 Pergama eos inter post recidua forent.

Attamen & ueteres laudes, & nomen eorum,  
Priscaq; in Argolicis legimus arma notis.  
Sed quodquod nobis, praelongi temporis aetas  
Nomen, & antiquum dempsit iniqua decus:  
Id postquam fortuna caput pulcherrima nostrum  
Extulit adtutum nos renouasse iuuat.  
Nempè suis totum Europæ compleuimus orbem  
Gentibus, & nostro est milite uicta Pharus.  
Vos nobis Zephyrum, atq; Eurum uicistis Eoum,  
Nimbosofos gelido, cumq; Aquilone Notos.  
Et tantum excreuit iam nostra potentia, ut inde  
Vix locus in quem plus progrediatur erit.  
Hoc turbata, Iouis coniunx, Saturnia Iuno,  
Nos inter miseros praelia dira mouet.  
Scilicet hoc fuerat solum, quo inimica Polonos  
Perderet, & uestras attenuaret opes.  
Huic contra, Diuum, Citherea innixa, parentis  
Pollicitis, omni mole stetitisse studet.  
Et quoniam bello res deduxere, nec ullum  
Litibus æternis imposuere modum;  
Noschorum Iuno partes, Citherea Polonas  
Versibus in nostris quas tueatur, habet.  
Illa, ut conficiat, quas nostro corpore partes,  
Auulsit; reliquum hæc quò refouere queat.  
Hos igitur nobis dictos Auguste tumultus  
Cognosces postquam, consule queso boni.

Qui licet alterno subsidant crure, tuentur  
Qua tamen auctorem sat rationis habent.  
Nam quod ubi cædendus erat, turbauimus hostem:  
Fecit amor sociis, nos gemuisse malis.  
Et dum uincit amor patriæ, laudesq; Polonæ,  
Cædibus in mediis, ter cecidere manus.  
Dissimilis nam affectus adest, nonq; impetus idem,  
Tempore in aduerso, & prosperiore uenit.  
Nec mea fors hæc est, ut stridulus anser olores  
Aequarem: in te uix officiosus eram.  
Insuper est aliquid, certo narrata referre,  
Gestaq; non falso bella tenore loqui.  
Me, tua cum rutilo se æquaret gloria cælo,  
Fouit diuitiis Theutona terra potens.  
Rarus ubi byppophagis, affinis Sarmata Moschis,  
Et qui illis bello congregiatur adest.  
Vlla uiri facies pingentis prælia gypso,  
Et certò addentis talia uerba sono:  
Hi montes Boreæ regnum, quæ defluit inde  
Munibat nostrum fluctibus unda latus.  
Hac campi patuere, ibi erant tentoria Moschum  
Hic steterant nostri Regia signa Ducis.  
Illic Bellona, illic pugnauere Poloni,  
Hic trepidæ Moschi terga dedere fugæ.  
Hæc si quis nobis memoranti uoce tulisset,  
Fors aliqua nostrum parte leuasset onus.

Armatiꝫ duces, & dantes bella manipuli  
Nutrissent gestis carmina nostra suis.  
Moxqꝫ ego sumpſissem illo narratore uigorem  
Qualem cum resonant, classica miles habet.  
At ea uix quoniam uulgò cantata per urbem  
Sensimus, haud nobis spiritus acer erat.  
Quamuis non querimur, quod te hæc absente canamus:  
(Omnis enim in te mens incaluisse potest.)  
Sed quia de tantis rebus, quam fama referre  
Nonnullæ, aut uulgus dicere posset, erant.  
Ignosces igitur nobis Auguste; tuoqꝫ  
Carmina complacent nostra, fauore tibi.  
Sic utinam fœlix Neleia tempora uiuas,  
Fœliciqꝫ manu fræna Polona regas.  
Et te, siue Eous erit, siue Hesperus hostis  
Horreat, aut fuerit si quis amicus amet.

*Tue Maiestatis*


*Fidelissimus subditus*

*Ioannes Stariconius Semusouius.*



CONFLICTVS  
AD NEVELAM POLONORVM  
CVM MOSCHIS.

Auctore Ioanne Stariconio Semulouio.



Vo duce Moschorum, uicisti  
Auguste Tyrannum ;

Et quo barbaricas Lechorum  
gloria gentes,

Nilite terruerit : solesq; agno-  
rit Eoos :

Cum tutanda foret, positis Li-  
uonica castris

Terra tibi, & seruos Scythiae subducis Olympo :

Hoc primum mihi surget opus. Tu numine sancto,

Fac liceat nobis per laudes ire tuorum.

Annue conanti, & Pelagus mea carbasa tantum,

Ingressura regas, faelici sydere currant :

Adscriptumq; tibi, non detestatus honorem :

Nostra tuos faxis delectent liba penates.

Multa tibi, ante aras procumbet uictima nostras :

Crescentis tantum, faelix rege uatis habenas.

At tu Calliope, cætus Regina parensq;

Pieridum



Pieridum, cuius nigrantem carmine noctem  
Dii geniti effugiunt, Lethesq; obliuia uitant,  
Faucibus atque Erebi, superas toluntur in auras.  
Dic quis concordēs, fraternā in praelia gentes  
Excierit: tantī seriemq; ediffere motus.  
Nam meminisse potes, sis cum Dea: solaq; debes  
Si quid de te unquam merui, aspirare canenti.  
At tamen haud indigna peto, namq; Orphea Thracem  
Cum fidibus traheret syluas, & saxa canoris  
Iuisti, & uiridi uoluisti incedere lauro.  
Cum tibi nec sobolem Diuum, nec carmine dignam  
Materiem nisi agros, produceret Ismara tellus.  
Quare age & hos mecum heroes, quos inclyta uirtus  
Deuouet illustri patriam defendere morte,  
Ad superos tollas, uiuūq; per ora ferantur.  
Atque hinc iam tandem cœptis illabere nostris.  
Antiquo, Regina Deum inflammata furore,  
Unam olim gentem, fatis certare sinistris  
Permisit, patriaq; extorrem, & amoris egenam  
Dissecuit: Iouis ista fuit diuina uoluntas.  
Nam perhibent, Henetos Troia Pylemene profectos,  
Auxilium Priamo fidum, Phrygiaeq; tulisse;  
Atque diu Argiuas bello uexasse phalanges.  
Verum ut opes fractæ Phrygiæ, illorum optima bello  
Pars Antenoreas, naualiaq; arma secuta est.  
Pars nacli reges, animisq; opibusq; parati,

Intrauere

Intrauere solum Scythiæ, mistiq; Lachitis  
Sermonem patrium, mores, ritusq; sacrorum  
Excoluere, ipso sed subsedere Lachitis  
Nomine, sunt dictiq; omnes uno ore Poloni.  
Ex illis, iam tum ueterem Saturnia Iuno  
Temporibus, Troiæ natis prætere culpatam,  
Et uersare odii, gentem non cessat utranque.

Tempus erat, quo seuit hyems, atque aspera terras  
Frigora constringunt, gelidis conduntq; pruinis.  
Et rigidus Boreas, obnubilat aera pennis.  
Omnia cum torpent, nullos cum garrula Progne  
Nec Philomela soror cantus modulantur. & omnes  
Prælia producunt, nascenti uere daturi.  
Diuisere suas, fortes in Marte, phalanges  
Lechiadæ: & terno fines custode tueri  
Constituere: etenim faciendi copia Martis  
Nulla fuit, benè nec detentis uiribus unâ  
Prospectum fore sperabant: cum bella Tyrannus  
Moschicus effugeret, timidusq; lateret in Ordinis  
Undique inaccessis conclusus fluctibus, atq;  
Sylvarum latebris; Tanaim prior ergo niuosum  
Maxima pars sortita: secunda Boristhenis ortus.  
Tertia Neuelæ montes, qui longius ullum,  
(Riphæos olim ueteres dixere poetæ)  
Vix nomen proferre sinunt, seseq; feroci  
Atlanti assimulant, aliquid nec cedere curant.

Hoc certò scimus, portant ceruice polares  
Circuitus, humeris duris, & sydera torquent.  
In præcepſq; darent ſubducto uertice cælum.  
Aſiduis niuib; capita alta teguntur, opacas  
Pinea ſylua premit frontes, horrentibus umbris.  
Vndique nimboſi quatiunt caua tempora uenti.  
Tum binæ laterum fauces, & brachia longo  
Exporrecta ſitu, rutilo qua Phœbus ab ortu  
Progreditur, Parthos nimia aſperitate fatigant.  
Atque ubi, deſeſſos ſtabulat, Thetis aurea, Solis  
Quadrupedes, immami erructant flumina rictu.  
Rha prior Hyrcanis, curſu miſcetur in undis;  
Lybonotum Tanais, qui diuidit Aſida terram  
Europamq; petit: Nilo & contrarius æquor  
Impellit, ſeſeſq; uadis Næotidos infert.  
Duna, Borithemius, Zephyrum, ſolesq; cadentes,  
Proſpiciunt, mollisq; calentia regna Fauoni:  
At ferus, ex rigidis poſtquam remorata lacunis  
Stagna Boritheniũs retulit, Balthæa perofus  
Æquora, & Heſperios ignes, mundiꝝ teporem:  
Horridus ora gelu, curuis an fractibus, undas  
Vertit ab occaſu, & Ponto ſua cornua mergit.  
Excipit ignotus, fluuios ſine nomine plures,  
Oceanus, ualido ſolidum qua concutit æſtu.  
Frigidus, immane imperium, hos Septentrio montes  
Poſidet, & nunquam uentorum uincula regis

Fert,

Fert, subsunt Aquilo stridens & Circius illi  
Cum quibus Aegæum uastat nunc horrifera equor,  
Nunc sibi uicinas, prædo decurrit in oras;  
Quandoque incubuere mari, atris Cycladas undis  
Transmittunt, tortoq; inuoluunt uortice Pontum.  
Haudq; ulli, contra est animus se opponere uento.

Ad Balearis erat, bis sex peninsula fundæ  
Verbera, prospectans montes gratissima mergis.  
Montibus hanc, leni decurrens gurgite riuus,  
Undique numerat, tacitè stagnantibus undis;  
Nec limosa palus penetrare, nec ulua palustris,  
In latera, & tergum cuiquam dabat; ora patentes  
Attactu campi modico, sinuosa præmebant.

Hunc delecta manus, quingenti mille Poloni,  
Elegere locum, tutandis finibus aptum;  
Auxilio cuius nixi, si occasio pugnam,  
Vel fors ulla daret, leto conflagere possent  
Fines; nec aduerso lites decernere Marte.  
Quo postquam Lesnouolius concluderat agmen;  
Perpetuis, fluiui ripas communiit omnes  
Curribus, & nodis currus connexit ahennis.  
Dux Colophoniaci, sacro celebrandus Homeri  
Carmine; nostra eius nescit proferre Thalia,  
Laudes, atque suos sentit frigescere nervos.  
Ergo, tanta meas superet cum gloria uires,  
Laudibus illustres dignis frustrabimur? absit.

At ut erit, certè primis contingere labris  
Aditemur, equosq; suos agitabimus inde,  
Talibus in campis, dederint si uiuere Parca.  
Non illum Bachi tristes uidere cohortes.  
Nec Cytherea, tua quamuis pro gente periclis  
Militat assiduis, circumscripsisse coronis  
Quiuisti, ut primum uiridem accessisse iuuentam  
Concessum fuerat, patrium de pectore toto  
Utile prospectat, patriæ se agnoscit alumnum.  
Ipsi Masouii, nam ciues omnia ciuis  
Facta sciunt dicant, quantos ope iuuerit; arma  
Nos canimus, gesta armati dicemus: ab annis  
Prima, quibus iuuenis fidens ad bella, sarissa  
Prodierat, teneræ magno, documenta iuuentæ  
TARNONIO ediderat; primus contundere turmas,  
Aethereasq; arces, saltu superare solebat.  
Ante, Starodubi, somium cornicinis, ingens  
Euertit uallum, sociis adituq; parato  
Primus in hostili muro, bis, terq; repressus  
Emicuit; tantumq; sua uirtute ruentes,  
Detinuit Moschos, donec custodibus arcis  
Cæsis adueniunt diuersa parte secuti,  
Effringuntq; aditus socii, murosq; dolabris  
Si comitem Aeneæ hunc, tellus Idæa dedisset,  
Argolicas quando fossas seruasset Oileus?  
At ubi Lechiadum terris, inuictus Achilles

TARNOVIUS, iuuenile uidet roburq̄, decusq̄,  
Sedulus in tenero, maiores pectore uires  
Incipit, atque ausus solers nutrire uiriles.  
Vnde illi pietas, grauitas, prudentia, uirtus,  
Et similis fortuna, nec impar gloria belli.  
Vidimus ex spoliis onerantem, summa Tonantis  
Culmina, Moschorumq; sacrantem amenta, Polonis  
Cum clypeis, & gæsa, penatibus, & magnis Dys.  
Vidimus in medias, nullo discrimine turmas,  
Orfica, dum tristi quaterentur, littora bello,  
Turbatum, Lechorum Aquilas & signa ferentem.  
Sed quid multa moror? ueteresq; recenseo laudes?  
Cum memorare iubet uires Neuela recentes?  
Quingentis & mille uiris (credibile nunquam)  
Confregit Boream, fines statuitq; paterno,  
Caucasium pelagus regno; primusq; superbum  
Liouum Boream potuit spoliasse trophæis.  
Res miranda quidem, si non munimine tanto  
Agmina uallasset, si non porrecta magistri  
Pocula, uirtutisq; manu, sortisq; bibisset.  
Sed te magne senex, rapuere aduersa, Polonis  
Fata tuis, uictor liquisti signa, tuosq;  
Pugnarum socios; utinam natura dedisset,  
Vitales cerpsisse tibi diuturnius auras;  
Non magè diffusis, per nostros Moscus habenis  
Iret agros, prædaq; ferox ditaret inultra,

Plaustra Scythes : nec iam toties Neptunia proles  
Rex Gothicus , quateret Liunos ariete muros .  
Verum ulirò , celsis in puppibus arma Poloni  
Venissent Regis , Torilæ ad mœnia ; & atrox  
Tartarus obstreperet uictrici compede genti .  
Iamq̃ diu nostris parere coacta fuisset  
Imperius , telus magno regnata Vasillo .  
Et si qua est gelidi gens barbara conscia Ponti .  
Heu quantum potuit rerum hoc ductore parari ?  
At uos progenes , patriæ spes maxima uestræ ,  
Progenies Lesnouolii , non stemmata tantum ,  
Non titulos spectate patris , uestigia certè  
Vos eius seruasse decet , si nomina uultis  
Excelsis æquare polis ; sua credite namque  
Nobilitat uirtus melius , propriq̃ labores .

Atoschus ubi unitas , certis rumoribus audit ,  
Lechiadum uires , partito milite terras  
Undique præclusisse suas : spem pectore uanam  
Concipit , & certum studio meditatur inani ,  
Se fore uictorem : ac tandem delere Polonos  
Possè putat bello ; toto ex Aquilone Tyrannos ,  
Imperium qui ferre suum , mandataq̃ , semper  
Consuessent cogit , belliq̃ incendit amore .  
Addit Tartaricam rabiem , qua Persidis aurum  
Obtinuit , nigroq̃ olim Lagæa Sefotri ,  
Imperia eripuit ; rigidos huic insuper omni

Præponis



Preponit Moscos, quos mille laboribus ante  
Functos reddiderat, per cuncta pericula belli  
Inuictos, Scythiamq; quibus seruire coegit.  
Martius est ollis animus, nil dignius omnes  
Esse putant, bello quàm dulcem ponere uitam.  
Sæpius in triduum producunt gutturis ignem,  
Carnibus assiduè (mirum) uescuntur equinis.  
Continuum tolerant frigus, uix lampada Phæbi  
Agnoscent, iuuenesq; gelu sua corpora durant.  
Uxores semper, syluas indagine cingunt:  
Infestisq; domant acres hastilibus apros.  
Primò pennatis tantum pugnassee sagittis,  
Illorum usus erat, pugnasq; iniisse choreis:  
Nunc hostes contrà, fulgentes ære phalanges  
Ducunt, scloppettisq; edocti bella fatigant.  
Dexteram Amazoniis utranq; , bipennibus armant,  
Loricæ triplici, circundant pectora ferro.  
Ceruices onerant, pinnata casside, suras  
Cruraq; squammoso uelant munimine ferri.  
Fraxineis omnes committunt prælia contis,  
Hostiles clipei conatus orbe retardant.  
Ergo ubi conuenisse uidet, rapit agmina cursu  
Lymphato solus; surgentes uertice cristæ  
Letantem humano, designant sanguine regem.  
Qualem depingit, radiantem cauda cometam  
Lucida, sanguineos conos, extrema minantem

Imperii

Imperii, terrisq; notantem luce ruinas;  
Myriades terne ductorem pone sequuntur.  
Ille uiam ingreditur, Boreæ qua semita monstrat  
Regna, suas seruatq; ubi Lesnouolius oras.  
Credere si Grauis fas est, non tantus Achilles,  
Mirmidonum Dolopumue manus, cõtrà Hectora duxit.  
Quo ruitis ciues? quæ uos insania tanta  
Torquet? ut in proprios iuretis ferre parentes  
Arma, nec hoc scitis quidnam discordia portet?  
Iungite amicitias, & certo fœdere certam  
Nobiscum firmate fidem, Simoenta paternum  
Progenies sic nostra bibet, quæ & territat armis  
Nos, dederit uictas nobis uicinia palmas.  
Iam uicinus erat, longumq; emensus agebat,  
Agmen, iter, Boreæq; implebat milite campos.  
Cum nox Oceanum linquens, horrentibus alis  
In terras progesta, inuoluit cuncta tenebris:  
Instantesq; neces, erepta luce, morata est.  
Interea longum, deflens Citherea dolorem,  
Hæc secum: rapitur funesta in prælia Iuno?  
Tertiaq; arma parat iugulos cæsura meorum?  
At me iam tandem, duo sat uidisse superq;  
Non erit excidia? haudq; instanti posse periclo  
Troigenas iuuisse meos? hoc quippe uetabit,  
Et soror, & coniunx, nostri Saturnia patris.  
Alius promissa ruent? matrona Tonantis

Omnia

Omnia diſſuerit? cædesq; impunè nefandas  
Miſcebit? tanta huius erit fiducia lecti?  
Illa poteſt Lybiam, contrà omnia fata Deorum  
Gentibus imperium firmare, extollere uentos,  
Cum terris miſcere polos, promiſſa Tonantis  
Frangere, ſupremas rerumq; inuadere habenas.  
Progenies ego chara Iouis, cui gratia cæli  
Imperium ſine fine dabit, ſeruare nepotes  
Non potero Troiæ? me permittente ſubibunt  
Vincula? mox illos inimicus & hauſerit enſis?  
Indignum. dedimus pœnas, iam uiribus inſtat  
Hora repellamus uires, promiſſaq; regna  
Queramus, pœnas pœnis ſolemur ouantes.

Talia flammato diſtanti corde, ſub imos  
Conceſſit Zephyrus talos, ſyluisq; relictis  
Idæis, celeri Lechorum caſtra uolatu,  
Contigit, & pondus poſuit de mollibus ulnis.  
Diua ſolo ingreſſa, in caſtrorum fronte, ſedentes  
Primores belli (ſpacioſæ tempora noctis  
Excubiis uigiles, uario & ſermone trahebant)  
Inuenit: in quorum medio, ſacra ora reſoluens,  
Sic Leſnouolum uerbis compellat amicis.

Duكتور Lechiadum, uicinos milite campos  
Hoſtis habet captos, totoq; Aquilone Tyrannos  
Secum in bella trahit; fac ne te terreat ingens  
Confluxus, Martem nec detrectare memento.

Pone

Pone metus adero, nostrisq; hæc bella gerentur  
Viribus; in te habeat belli uictoria solo  
Principium; mea regna tuis promissa lacertis  
Seruabo; inuictis aliisq; resurgere Troiæ  
Pergama perficiam; uos digna nepotibus Idæ  
Pectora habete, suosq; patres referatis in armis.  
Dixit: ad hæc contra Dux sic est ore locutus.

Aeneadum mater, semper tua fata secuti  
Fortunamq; patres nostri, considerare in ignes  
Ilion, atq; altæ uidere palatia Romæ;  
Lactatiq; undis, & longi turbine belli,  
Tandem subiectas oras petiere Bootæ.  
Imperium, peperere Ducum quod mille labores,  
Constituere, Deorum nec nos numina fallunt;  
Nam promissus adest, spoliis Aquilonis onustum,  
Quem læta aspicias, quemq; inter sydera ponas  
Augustus; tu Diua eius tueare fauore  
Excelsum nomen, magnoq; æquato parenti.  
Nec nobis deerint uires (sit numina contra  
Quamuis ire nefas) super in certamina, regno.  
Quingentem Esperio prognata è sanguine, magnos  
Virtute Heroas, superare uidebis & armis.  
Nec gens ulla pari se se iactabit honore.  
Tu modo nostrarum tantum sis unica rerum,  
Spes uideasq; dolis ne nos illudat iniquis  
Iuno: etenim nulla est nobis arcana potestas

Nosse

Nosse Deum, uix sunt nobis mortalia curæ.  
Quantus & unde ruat, sit ubi, cognouimus hostis  
Surgentem cælo auroram expectamus, inertī  
Oppressum torpore, alto uinoq̄ sepultum  
(Turba licet non magna sumus; nec temporis arma  
Ignorem, quantum ualeant; & nemo dolumus  
Virtutemue requirat in hoste) inuadere nobis  
Non libet; imperium nam prolatare Deorum  
Artibus haud spero belli, nec fraude dolosa,  
Augusti auspiciis uerum coruixus, Eous  
Sol ubi prodierit, cum sese uiribus ipse  
Contusum noscet, campo congressus aperto  
Bella geram: partes tu sola tuebere nostras,  
Optatasq̄ dabis tandem contingere portus.

Sic Lesnouolius; Placuit generosa propago  
Idaliæ matri, subitoq̄ incensa futuri  
Ignibus imperii, atque arrecta cupidine laudis,  
Omnia pollicita est: & iam sublimis Olympo  
Luna regebat equos: rediens cum nubis opacæ  
Cernere ne hostis eos, tutoq̄ quiescere noctis  
Extremum possent, atro conclusit amictu.  
Strymona sola petit uelox, ubi belliger acres  
Sythionios Maurors duris exercet in armis.

At Lesnouolius, maturi pectora belli  
Præscius, oppressas somno, rauco ære cohortes  
Conuocat: & ualli medio sic de aggere fatur.

Lechiadae magni, celfo qui à sanguine Teucrus  
Progeniem uestram deducitis, hostis adesse  
Dicitur immensus, toto quem Aquilone Gigantes  
Centimaniq̄, immanes, gens Riphæa sequuntur;  
Non uallum munire placet, nec turribus illum  
Expectare cauis, sed aperto fidere campo.  
Quandoquidem diuum remanet non mota uoluntas,  
Sceptraq̄ iam tandem uobis, promissa propinquant,  
Troianas ubi opes, atque altæ mœnia Romæ  
Consolemur, & æternis potiamur habenis.  
Namq̄ per obscuram uoluo dum plurima noctem,  
Ecce mihi ante oculos, cælo delapsa per auras  
Astitit, atque istis fata è Citherea loquellis.  
Parce metu populi nostri fidissime ductor  
Nos Henetos Troia incensa, deduximus oras  
In Scythiæ; nomenq̄ nouum mutare paterno  
Fecimus, & magnos fieri, Lechosq̄ uocari.  
Idem prognatos illa de stirpe nepotes,  
Insignes belloq̄, togaq̄, sub astra feremus.  
Imperiumq; illis dabimus: modò stenuus hostem  
Aggredere, & paruum belli ne linque laborem.  
Hæc postquam monuit genitrix, super æthera cœli  
Progreditur, circum aura leuis glomeratur in orbes,  
Diuinumq; simul latè diffundit odorem.  
Quare agite ò socii, totis incumbite neruis,  
Efficitote ferox, patiatur Moschia tandem

*Iura Polonorum, nec quæ festina sub alas  
Confugit quondam nostras, ingrata Deorum  
Excutiat regnum; promissis sistite Diuum  
Spem totam, sic vos magnorum forma Gigantum  
Nunquam terruerit; mibi cuncta pericula curæ  
Sint adero, uestræq; aderit clementia matris.*

*Excepere animis læti, signumq; dedere  
Sublato clamore pari, promissa paratos,  
Velle sequi; & quamuis non æquent agminis ulla  
Diuisi hostilis partes, tamen intima corda  
Lætantur, decoris pretioq; pericula pensant.  
Dant epulis reliquum noctis, firmantq; ciborum  
Corpora dulcore, instantes sensura tumultus.  
Arma parant, mambusq; onerosum gæsa duabus  
Expediunt pondus, clipeis uelamina demunt.*

*Nec minus intereâ, curis Saturnia Iuno  
Distrahitur pectus, uictam se noscere non uult  
Inuisamq; cupit pœnitus subuertere gentem.  
Dant animos, magni coniunxq; sororq; Tonantis  
Nomina; nec Diuam mortali, iudicat æquum  
Cedere, & infecto primam desistere bello,  
Illudq; intulerit, recta ratione reuoluit,  
Non fore uirtutisq; Deæ, nonq; eius honoris.  
Prætereâ, stimulant genus peccata parentum;  
Iudicium Paridis, neglectaq; pocula nate,  
Et genus inuisum, & uictæ Carthaginis arces.*

*M*oschica castra subit, pigri submersa sopora  
Instillatq; uiris altum per membra uigorem,  
Corripit ante alios Regem. Sic ergo Uasilli  
Quem decuit uigilasse (inquit) torpore solutus  
Procumbis? nec quid, cura circumspicis hostis  
Intendat fraudis? dudum te inuadere tentat  
Fecissetq; scias, ni illi mea cura resistat.  
Surge age, continuoq; ista statione relicta  
Duc in bella uiros, Lechorum aditure triumphos.  
Sic Dea. Nos Regina tuis in uiribus omnes  
Moschus ait, quia sola potes pessundare Lechos  
Lechorumq; Ducis conamina frangere, uires  
Fiximus; idcirco noctis transegimus horas  
Obscuræ somno. uirtus sumus optima bello,  
Quò sequimur trahis, & nos nulla pericla morantur.  
Sic ait, armariq; acies clangore tubarum  
Præcipit, armatasq; iubet conscendere campos.  
Iamq; polo surgens, populos emensus Eoos  
Lucifer: æthereas, bigis afflarat anhelis  
Compages: Lunæq; globum, Titaniaq; astra,  
Exirent cælo, maiori luce monebat.  
Præcipiti cursu, uirgo Lathonia uultum  
Condidit, instantesq; oculis se cernere fassa est  
Nolle neces, cunctisq; simul comitantibus astris  
Orbatas Phæbo, uelox concessit in oras.  
Segnius ille suos agitabat cursibus axes,



Eooq̄ piger firmarat, limine tristes  
Quadrupes, Moschi prænoscens pectore cladem.  
Atque morabatur uenturæ lucis habenas.  
Sed lex à magno, quondam præscripta parente  
Impendensq̄, orbi interitus, si lampada terris,  
Subtraheret sanctam, nequicquam tale dolentem.  
Corripuit, ueteresq̄, artes explere coegit.  
Iamq̄, emergentem, non dulci lingua susurro  
Excepit: uolucrum, cantu Pandione nata  
Nec patriis, ut moris erat, prædixit Athenis.  
Eumenides ortum cecinerunt, colla dracones  
Horribiles, dirumq̄, atris sonuere flagellis.  
Luctus habet Boream, uenturæ & præscia cladis  
Numina Moschorum, tectis uenerata sub imis  
Indigetesq̄, Diū, implerunt ululatibus axes.  
At non audaci cessit spes corde Uasillo:  
Et concepta semel, totos peruasit in artus.  
Agmina solus agit, solus dispensat ubique  
Martis onus, latera & frontem nunc terga reuisit.  
Serrebnī dextras acies, Ediga sinistras,  
Postremas Suscus, ductant: cum robore primo  
Solus adest medius, galeato & uertice supra est.  
Thessalicis ueluti, circum conclusus Olympus  
Montibus hinc Pindo, Herculeo illinc finitur Oeta.  
Inde Othry, Rodopeq̄, tenuis modo corpore cunctis  
Aequatur, collo subiecta cacumina uincit,  
Infundunt

434  
Infundunt sese campis, cooperta laborant  
Prata, suasq̄ uices deslent, sub mole phalangum.  
Qualis ubi Eurotas ruptis furiosus habenis,  
Vicinos Gythi lauros, ex litore seuos  
Emittens fluctus, inuadit: turba Laconum  
Flet clades nemorum, & ueteris reminiscitur oris.  
Non aliter Aroschi celerant: clamoribus implent  
Omnia, conuincuntq̄ polos clangore tubarum.  
Tympana barbarico, castigant more, erucesq̄  
Addunt, Lechorum quò, ululatus, pectora uincant. 440

Quod postquam Lesnouoli compulsus ad aures,  
Pertuli inuoluens iteratis orbibus aer;  
Dat belli sociis signum; de sinibus omnes  
Absque mora exiliere suis: ceu Sirius agros  
Cum malus excurrit, certatim se agmine longo  
Formicæ effundunt, putris radicibus imis  
Arboris; in dubiis quas cogit rebus egestas  
Consulere: it campis miles, nitidusq̄ iuuenta  
Feruet, & optatas auertere sperat aristas.  
Ductores acies cogunt, præcioq̄ minisq̄  
Non cessant stimulare moras, & inertia corda.  
Haud aliter galeata phalanx, ad tympana passu  
Composito, uarios sese miscebat in orbis.  
Dum totis furibunda coiret in agmina castris.

Quadratam primum, ueterano milite frontem  
Constituit Lesnouolius, seuo ære rigentem.  
Hinc breuibus spatiis, distinctas ponè cohortes 457

Tres locat, exhaustos laxis quæ uiribus omnes  
Exciperent, possentq̄, locos explere priorum.  
Postremas firmant partes, qui bella secuti  
Tunc primum, Moscho decorare, cruore sarissas,  
Et molles cunas, posuisse in Marte uolebant.

Cornua lunatis cuneis, frænata tenebant  
Agmina; utrumque latus, claudebat torua phalangis  
Gens peditum, emsisis asueta incessere Martem  
Glandibus, atque elibratis pugnare colubris.  
In medio binas Aquilas, insignia Regni  
Ponit, pugnarum certas Helicesq̄, Ducesq̄.  
Tales Herciniis, diductis cornibus Vri  
Salibus, opponunt frontes hastilibus atras,  
Propendet collo uellus, terrorq; iubarum.

Atque ubi produxit posuas in bella phalanges,  
Agmine sic medio, nixus profatur in hastam.  
Tempus adest socii, uestris quo regibus omnis  
Moschia succumbat, diro & cum sanguine pœnas  
Perfidie soluat; pulchrum est imponere collo  
Hostili chalibum nodos: si uiribus altis  
Incumbetis erit, uos & uictoria Moschis  
Præponet, uestrumq̄ benigna tuebitur agmen.  
Frigidius uerò (hæc auertas omnia Diuum  
Magne pater, ) Martis si horrenda subibitis arma,  
Quis locus extabit profugis? an in æquora classes  
Montibus Idæis ortas, deducere primum

Velletis

Velletis, uentis adituri regna Latini? <sup>484</sup>  
Tunc demum rueret, laxis Saturnia frenis  
In uos, exigeretq; suæ Carthaginis arces  
Hannibalisq; necem, ueteriq; adiungeret ire  
Aegatum clades; heu quanta pericula nostro  
Impendent capiti? Moschis ueterata mouebit  
Taurus, Connoßsum, atque crepta Liuonia tota, <sup>490</sup>  
Certè odia, euerso nisi nec desistere regno  
Vlcisci poterunt, belloq; imponere finem.  
Ergo progeniem, famulatum matribus atris  
Moschorum loris uinctam, ire sinetis ahenis?  
Regnaq; clementum, promissa æterna Deorum  
Numinibus, prodetis uestra ignaua? id ipse  
Crediderim, uestris si non iam mille lacertis,  
Occubuisse probè Moschorum examina scirem.  
Verum sufficiunt animos, tot bella labore  
Vestro successus, nimium sortita secundos. <sup>500</sup>  
Nam quid Obertinum, tantis ubi uiribus ingens  
Bessarabum (fuerat uiginti è millibus) agmen  
TARNOVII ductu, uestris cecidisse sub armis  
Fecistis memorem? quid tot concisa sub Orsam  
Millia? quidq; Starodubum? prius alta redibunt  
Ceruleis in terga uadis, ortusq; requirent  
Flumina: conuersisq; petet conuersus Eoum  
Phæbus equis, hæc quam tristis rubigo uorabit,  
Ullæ TARNOVII capient obliuia laudes. <sup>509</sup>

Cur igitur timeam? uestris nec fidere possim  
 Viribus? aut longè cogar spectare minores?  
 Hostis adest toties uictus, uos semper adestis  
 Victores, illum regnandi dira cupido  
 Extraxit latebris, patriæ uos impulit alma  
 Altus amor, prohiberetis quò in uestra ruentem.  
 Agnoscit certè uires, & robora gentis  
 Ille suæ, ternam in quingentos mille (pudendum)  
 Myriadem ducit: sed desperasse uidebor  
 Iam uobis socii. Non uos deterreat horior  
 Barbaries: uestram monitis spem figite diuum,  
 Gestorum memoresq; priorum, frangite tandem  
 Moschorum regnum, uestro & supponite Regi.  
 Vos autem iuuenes, Martis qui munia uultis  
 Atrectare manu, Moscho curate Gradivo  
 Sanguine perfusi uestras ostendere peltas.  
 Maiorumq; secuti hylares uestigia, tandem  
 Pro meritis similes nostris speretis honores.  
 Vix ea fatus erat, cur uis umbombus omnes  
 Increpuere, & opaca statim caligo refulsit.  
 Apparent cunei hostiles, & barbara Moschi,  
 Agmina, ceu densis quæ obnubilat aerea guttis  
 Nubes, & superant numerorum milite fines.  
 Mirantur Lechorum animos, qui credere campo  
 Conentur, tantæq; uelint occurrere genti.  
 Præcipuè ante alios, tristi intonat ore Uasillus

Se dedant, animiq; ferocia fræna retardent:  
Montanus ueluti diffidens uiribus agmen  
Ante lupus pecoris uiso custode Molosso  
Infundit sub corda metus ululatibus, atque  
Se terrore gregem fracturum credit inani.  
Verba ubi nil fecisse uidet, præcordia dira  
Concitus sanie, prælongo fata quid, inquit,  
Lechorum socii? saluis se dedere rebus  
Nolunt, deuictis certè spes nulla salutis.  
Irruite, & casos, flagris compellite Moscam.  
Obstrepere simul, discordi cornua cantu,  
Tympanaq; & litui, simul hastis undique flexis  
Concurrunt: Martemq; atro clamore laceffunt.  
Sub pedibus mugire solum, collesq; propinqui  
Sunt uisi, ingenti mimitare fragore ruinas.  
Haud secus, ac Boreæ si cum uiolentia flantis,  
Aeris stridore Alpes inuasit, orni  
Verticibus summis nutant, siq; acrius illis  
Incubuit, montis media cum mole deorsum  
Procumbunt, casuq; obiecto colle reperto  
Dant sonitus, reboant totius uiscera terre.  
Iamq; uirum fremitus, & terris fulgura bombis  
Elibrata tonant, tanquam compage soluta  
In deforme chaos, rueret si machina cœli.  
Missilium turbo, uolitantesq; astra sagittæ 560  
Subtexunt, clypeisq; frequentes ictibus instant.

Ut crepitans, noctu caelo demissa patenti  
Grando, ferire solet summi fastigia tecti.  
Ductores acies, hinc Lesnouolus, illinc  
Moschus agunt, Martemq; cient clamoribus ipsi.  
Incumbunt socii, & qua sunt densissima tendunt  
Tela, hostemq; licet per uulnera colligit omnis.

Primi acies medias Moschum Sennaiuius, atque  
Potocius turbant, leuum Sborouius acer  
Sortitur cornu, dextrum Olesnicius hostem.  
Nec mora prostratis primis, diuersa repente  
Alea procubuit, certum discrimen utrosque  
Diuidit, & uictus se succubisse fatetur.  
Latior aſt Lechum partes fortuna tuetur  
Cadere coguntur, magni uexilla Vafilli.  
Si tali quatuor tauros, ardore leones  
Inuadunt, Martem certè non acrius urgent,  
Sed maiore, datum est uobis superare labore,  
Lechiadæ Moschos. Non solos tanget Atridas  
Iste dolor, uos & fortem noscetis Achillem.

Moschus ubi fractas, audit cessisse phalanges,  
Tygribus horridior, rapidisq; citatior Euris,  
Irruit in medias, furibundo & personat ore.  
Non pudet ignaui pedibus uos fidere? quos iam  
Haecenus hostiles, decuit uincire lacertos?  
Ne duce commoneo, me me conuertite turmas.  
Haecq; ubi: pugnantes onerat regalibus omnes

588 Pollicitis, clausa increpitat quatrino de morantes.  
 Solus & ante alios, prætenta cuspide, cursus  
 590 Sennauui in cuneum, fodiens calcaribus armos  
 Torquet equum, totumq; impleuit cædibus agmen.  
 Et socii subeunt, iterumq; incepta capeffunt  
 Prælia: pars aliis sudibus, pars cæstibus instans.  
 Hic cerebro maculat terras, illi inguina ferrum.  
 Haurit, & effuso uitam cum sanguine perdit.  
 Pars humeros mutilata iacet, pars altera telis  
 Obruta, sanguineos attollit stragis aceruos.  
 Hæc eadem totum cædes, peruaserat agmen,  
 Potoci, multisq; ducem, spoliarat amicis;  
 600 Stat tamen, & referens cæsos, sese hostibus offert  
 Intrepidusq; iniustum exercet in æquore Martem.  
 Ac ueluti annosam, Zephyrum uolentia, quercum  
 Productis ingentem humeris, si euellere tentat,  
 Frondosos tantum proscindit corpore ramos,  
 Illa immota manet, nec scit molimina Cori.  
 Dat letho Haurilona, prior qui inuadere Lechum  
 Agmina conatus, socio tepescerat hastam  
 Sanguine, pollutaq; ornu se uictor agebat.  
 Nox ruit in cuneos eius, totosq; pererrans  
 610 Fedconem, Costumq;, & Agam, prima agmina Moschi  
 Sternit, & æquata sociorum lance rependit  
 Funera; multorum rutilo, præcordia ferro  
 613 Induit, & rigida auellit cernicibus ora.



*Siq̄ Deum factis, componere nostra licebit: 614*  
*Cum Phlegræa manus, conferret Pelion alto,*  
*Cælicolasq̄ omnes, infanda in bella uocasset;*  
*Quantus in Argolicis, in prælia rector Olympi*  
*Surrexisse notis legitur, congestaq̄ telo*  
*Pondera, in authorem uertisse Typhoea; tantus*  
*Potocius, postquam Moschum super agmina latè 620*  
*Incidit, ingentes rigido dedit ense ruinas.*  
*Non etenim minor Oceano, cum horrentibus undis*  
*Ingruit, & longè populatur littora, fertur.*  
*Parte alia, Moschum quoquo rapit impetus acrem,*  
*Lumine peruigili seruat Sennaius; atque*  
*Illum exultantem, cæsisq̄ indigna mouentem*  
*In medio speculatus ait, tum impunè meorum,*  
*Hinc Lucos comitum spoliis oneratus abibis?*  
*Hoc si fata uolunt, me etiam tuus auferat ensis,*  
*Si nos regna manent, cæforum hastile reportet*  
*Hoc à te pœnas: simul alta amenta resoluat*  
*Cuspidis; illa Noto citius per inane uoluta*  
*Dura penetrasset, lethali pectora ferro,*  
*Aeternamq̄ uiro peperisset uulnere laudem;*  
*Sed fatum impendens Moscho, Saturnia Iuno*  
*Auertit, dexteraq̄ in partem missile flexit.*  
*Fortè ibi Sachmates, Martem mucrone ciebat*  
*Regulus, & Moscho consanguinitate propinquus.*  
*Strabanensis homo, pelagi qui cuncta regebat 631*

Littora Caucassii, felix si in praelia nunquam  
 Lechorum exisset: nam robur pertulit ictum  
 Hucusq; inter & armati sese ilia totum  
 Condidit: ille miser peregrina morte peremptus,  
 Defluit in terram, & Scythicas reminiscitur Ordas.  
 Iamq; aliud dextra emissum Sennauius, alto  
 Librarat telum, Moschumq; infestus adibat.  
 Imparibus postquam, cernens matrona Tonantis  
 Viribus, audaci Regem occurisse Polono,  
 Clamorem ingentem simulat, totumq; teneri  
 Hostiles tergum cuneos, rumore sub aures  
 Pertulit illius, lapsis succurere rebus  
 Festinare iubet solum; sic ergo reflexo  
 Quadrupedis cursu, turmarum praelia frontis  
 Deserit, & fatum iam iamq; elabatur instans.  
 Protinus at femore educto Sennauius ense,  
 Quo nam Mosche fugis? nostros ne sperne triumphos,  
 Hac tibi, constiterit credas uictoria dextra,  
 Inuehitur celeri in Moschorum examina cursu.  
 Quarentiq; Ducem, iaculis quem inceserat ante  
 Et spoliis uictor comitum exonerasse uolebat,  
 Obycitur, Seueræ præses regionis, Iuanus.  
 Inclita progenies Boreæ, qui ex ordine longo  
 Lapeto referebat auos, prognatus Alano.  
 Hicq; ubi Sennauium, se contra tendere uidit,  
 Ingentem totis coniecit uiribus hastam,

Obuiat ille , pacisci & uult pro laude salutem .  
Iamq; emissa diu , ualido perfregerat ictu  
Fraximus umbonem , obstruxit lorica meatus  
Vlterius , textitq; frequenti pectora ferro .  
Immotus tanto penitus discrimine , missi  
Sennauis , super , eludit conamina teli .  
Accurrensq; celer , gladium pugnantis in ore  
Abdidit , & latebras animæ trans robore fodit .  
Nil olli Iapetus proauus , nil Terra genitrix  
Profuit , infelix animam sub Marte profudit .  
Si quoderit mortis decus , & solamen humandi ,  
Se sciat , inuicti dextra cecidisse Poloni .

Te quoque Moschorum uiderunt , Osga manipuli  
Vulnera dirigere , & primas subsistere telis ,  
Funeribusq; acies : felix tua dextera bello ,  
Et factis generosa domus , quæ Tauricæ pestis  
Influit , atq; Hypanis salibus uiciatur amaris .  
At Lesnouolius , correpto milite dextro ,  
Addensat primas acies , totumq; pererrans  
Agmen ait , pugnatæ uiri , nec cedit campo .  
Solutus equi duos remouens ex ore lupatos ,  
Immiscet sese Moschis , clamore Tyrannum ,  
Exposcit , solumq; dari sibi sidera uotis  
Aggrauat , & cædes sociorum in pectore mussas .  
Qualiter Arcadicis , si forte est ursa sagittis  
Mænalis icta , celer pertransit lina plagarum ,

Vulneris

Vulneris autorem querens, qui quando negatur.  
Corde coquens bilem, laniat crudeliter omnes.  
Sic ubi subductum, non cernit in agmine *Atoschum*  
*Lechiadum* ductor, sociorum sanguine cæsis  
Sacra facit, fuso placans libamine manes,  
Heu regum agricolæ, quàm soluunt sæpe furores?  
Principiò iuuenis lethali funere *Hrysko*  
Sternitur, hunc æquis comitatus passibus *Ilco*  
Consequitur; fratres ambo, uiridisq; iuuenta.  
Ambo uixerunt simul, in complexibus ambo,  
Oppetieres ac ulterius producere uitam  
Nolebant, pacti hoc secum, si debita *Parca*  
Stamina rupissent cuiquam, nec fata uenirent  
Alterius, sociam properaret uulnere mortem.

At *Ophcina* pater, nec iam pater, utraque cernens  
Corpora natorum, poteras me perdere, dixit,  
Quisquis sis hominum hoc letho; sed desine tanto  
Nos terrere obitu, referam si pectore uires  
Nam nosces, uel si doleam cecidisse *Vasilli*  
Progeniem auspiciis: tantum præfatus in ornum  
Incubuit, cursuq; cito desertur in hostem.  
Huic contra *Lesnouolius*; periuria *Atosche*  
Constabunt tanto uobis, uestriq; *Vasilli*  
Auspiciis pereas, genitor nec desere natos,  
Dixit; & obiectu clipei, infestam excipit hastam,  
Ophcinæq; latus, chalibum quæ iungere partes

Consuerunt

Consuerunt, magno lacerauit uulnere læuum.  
Flexo mox iterum cursu, contrà ambo feruntur,  
Ingeminantq; ictus telis, mortemq; laceffunt.  
Hic Lesnouolius, manibus librare paranti  
Alcius, eductis ingentem utrisq; bipennem,  
Traicit (influxum patuit tum forte cruorem  
Ore uomens uulnus) diro præcordia ferro.  
Purpuream ille animam, geminato ex uulnere fundit,  
Atq; super geminos, moritur sua pignora natos.  
Masouii interea, absq; ullo discrimine pugnae,  
Et Roxana phalanx subeunt, nouus ingriunt horror.  
Glandibus emissis, prorumpunt agmina Moschum,  
Excussisq; furit duris Graduius habenis.  
Undiq; funebres lachrymæ, gemitusq; cadentum  
Impellunt aures, dolor undiq;, & undiq; mors est.  
Victores uictiq; ruunt, saluare salutem  
Quà possent, ignota fuga est, inuadere totis  
Viribus obnixi pergunt, & uulnere mortem  
Oppetiisse magis curant, quàm cedere campo.  
Non secus oppositos uesana superbia uentos,  
Sæua in bella rapit, qui quando ex parte polari  
Aduersa cocunt, conuulso cardine cælum  
Præcipitare student potius, quàm horrescere uires  
Alterius, nimia sese formidine prodant.  
Stabat ab opposito, hirsuto Mæotidis ursæ  
Tegmine, terribilis Battus, dupliciq; pharetra,

Colchica progenies Battus, cui cornua lune,  
Dum libuit seruire, poliꝫ relinquere sedem.  
Nubila, quin etiam luce induxiffe serena,  
Dicitur, atque eadem magicis pepuliffe uenenis.  
Sæpe gradum Phasis tenuit mandame, feroxꝫ  
Caucasus intremuit, maria atque insana quierunt.  
Hic dum bella calent, acies aconita sagittis  
Miscuerat uirosa suis, stygioꝫ liquore  
Feruenti, rigidum decies tepescerat ensem.  
Quoquo illum furibundus agit tantum impetus, omnes  
Prosternit, seuisꝫ simul lethale uenenum  
Vulneribus miscet: nullus Phlegetonta Carontis,  
Non adit, lembo translatus, acumine ferri  
Quem solo læsit, capitiꝫ extrema momordit.  
Talis Thisiphone, medio cum surgit ab orci  
Eumenis, afflatu uirus perfundit Achantis,  
Arboribusꝫ, adimit uitam mortalibus ægris.  
Quaque tulit funesta pedes uia torrida monstrat.  
Sed Deus, hanc Lechorum auertit ab agmine pestem.  
Namque ubi miscentem cædes, Zamoscius alto  
Aspexit, rigido non eius territus arcu,  
Nonꝫ uenenatis (fuerant spes sola) sagittis,  
Nec diro fauces, ursæ remouentis hiatu:  
Ingentem quatiens hastam, per tela per hostes  
Occurrit Batto: ueluti sub amore iuuentæ  
Taurus ab immitti offensus raptore bidentum,

Iratis primò cœlum mugitibus imp. let.  
Naribus atque efflans ignem, palearia subter  
Pectora supponit, curuis nunc cornibus hostem  
Summouet, instantis pede nunc premit, ora bisulco  
Nec prius absistit, nisi sanguine cornua tetro  
Imbuerit, uitaq; suum spoliauerit hostem.  
Battus ut obiectum, qui contra obsistere tentes  
Vidit, lætatur demens, prædamq; leonis  
Instar, ad optatam properat; neruoq; sagittas  
Applicat, incessens iaculorum turbine Martem.  
Sustinet ærato, comiecta Zamoscius orbe  
Tela, & in aduersum magno ruit impete, torquens  
Quadrupedem; decimum tandemq; aptare parantem  
Amentis telum superat, uitæq; meatus  
Esophagumq; haurit pinu; mox deserit ille  
Quadrupedis dorsum, nec Tartara sponte subiuit.  
Effluxit, pharetra sanies, dirumq; uenenum  
Victori cessit, socii Pæana sequuntur.  
Ille autem moriens, largos effundere fletus  
Visus erat, tristisq; humili ore rogare salutem.  
Ante utinam petiisse miser, funebria uellet  
Tempora, dum uitæ nondum subrepta potestas  
Absuit; At mortale genus, præcordia fati  
Ignarum, letis nimium successibus, iras  
Attollit, quas aduersis cognoscere nolle.  
Densior intereà Moschum globus adfuit, inter

796 Quos bubulis lati coriis (imperuia telo  
Sunt hæc arma ducum gentis) Negusa, Corupscus,  
Prima acies adsunt: maculis fert discolor albis  
Negusam quadrupes, uolucris ruit axe Corupscus,  
800 Serrebin ille comes, dextræ qui præfuit ale;  
Hic socerus Batti, & Moschum pars maxima regni.  
Qui simul, ac socium campo uidere iacentem,  
Infremuere animis, ignemq; hausere medullis.  
Qualis & Aegeo, leuibus commota procellis,  
Unda mari placido, dum concutit æquora motu:  
Quò magè proludit, tantò feruentius iras  
Colligit: & tumidum terris imponere pontum  
Nuitur: haud aliter conspecto corpore Batti,  
Vis effræna uirum ruit, & fert corde dolorem.  
810 Obuius his contrà, ingenti Zamoscius hasta  
Comparet: quem compta suos uictoria crines  
Leta, ornat spolis Batti, & circumuolat alis.  
Cui Negusa, meos etiam audacissime contra  
Insurgis casus: necdum letaris amici  
Morte? equidem timui ne te ulla potestas  
Auferret nobis, & prælia nostra caueres;  
Sed tandem incipias, quoniam te fata dedere  
Negusæ, atq; in Marte ualet tua dextera tantum,  
Incipias conferre pedes; sed Taurica quales  
820 Educat, haud illos nosces hic esse Quirites.  
Oppetere his dabitur campis. Dum talia Moschus,

Vesano



Vesano ore daret, clipeum Mauortius heros  
Aptabat lateri, & telum torquebat in hostem.

Nonq; diu uenientem illo seruore tulisset.

Ni SEBRIDOUIO iunctus SEIGNOUUS, alas

Admisset, pugnaeq; moras, fatoq; dedisset

NEGUSÆ: ille etenim, postquam iunxere cohortes,

Aggressus socium, cognato hæc protulit ore.

Non tua nos fallit uirtus, & dextera cur hic

Venimus; instantis fecit uiolentia Martis.

Exigui numero sumus, hac sub mole (quod absit)

Si caderes, nostris auferres plurima rebus.

Non uerò uolumus, communes esse triumphos,

Quæretur nostris, etiam sua præda lacertis.

AST ZAMOSCIUS hæc, quamuis non nostra molestena

Pectora Moschorum uires; umboneq; uoluam

Mille boues; & nostra sequatur uulnera sanguis;

Vos tamen accipio socios, communia sunt

Omnia; non etenim rebus studuisse paternis

Tempora nos poscunt, patriæ nunc gloria detur.

Hæcq; ubi dicta dedit, prætenta cuspide uelox

Occurrit Moschis; dubitat Negusa timetq;

Viribus, ast illum coniuncta agit ira pudori.

Concurrunt, primus teretem ZAMOSCIUS hastam

Iecit, at illa uolans, per lintea mille, boumq;

Terga nouem, triplicemq; rigenti ex ære per orbem

Transiit, atq; imo Negusæ in pectore sedit.

Procubuis

Procubuit Negusa statim, mistamq; cruori,  
Singultans animam, tenues efflauit in auras.  
Quem super assistens lætus Zamoscius inquit,  
Quò nam inuidete ruis? non te Noschouia tellus  
Huc misit? Scythicæ nunquam cæssura cohorti?  
Scis tandem, quid nostra in bellis dextera possit.  
Venturos igitur uestros, Acheronte nepotes,  
Parcius exoptent, nobiscum bella monebis.  
Ille autem moriturus, adhuc quod missile dextra  
Librabat iecit; quod mox Zamoscius orbe  
Retractum clipei, pereuntis in ora retorfit.

Iam parte ex alia, quà signa inimica Corupscus  
Protulerat, pugnas curruq; ciebat aheno:  
Conciderat Ceremissa phalanx, & cæde Corupsci  
Inuoluere rotas, cursusq; premebat equorum.  
Instant Lechiadæ, & ferro augent stragis acervos.  
Hinc Sebridouiana cohors, Secignouius inde  
Grassantur, fessis ullam nec habere quietem  
Concedunt Noschis; Lybicus uelut Auster in oris  
Dum surgit summos, equantes sidera lucos,  
Turbine commiscens terras, inuoluit arenis.  
Non secus, instaurantem acies, ex axe Corupscum,  
Corporibus procerum, cæsumq; aggere fratrum  
Opplent Lechiadæ; curru sublimis equorum.  
Ille gradus poscit, mortesq; umbone repellit.  
Increpitant hostes, subito incursumq; minantur

Fata uiro , miserum telisq̄ frequentibus urgent .  
Quales auritum , quando specularunt ab alio  
Accipitres leporem , uel roscida colla rubentem ,  
Arbustus anatem protectam : immane sonantes  
Arguto stridore polos , atq̄ æthera complent .  
Et postquam arrexcere comas , & pectore bilem  
( Suadet enim uesana fames ) cæpere , uicissim  
Arripiunt cursus : pectusq̄ , pedesq̄ , recuruos  
Oraq̄ collecti nodo , seuo impete , plagas  
Incutiunt . alternatim Secignouius hostem ,  
Sic Sebridouiusq̄ , premunt , & uulnere tardant .  
Interea ueniens ignoto emissa lacerto ,  
Lethali alipedes ictu , confodit arundo ;  
Consternantur equi , & rapto in contraria curru ,  
Præcipiti casu ceruice , rotisq̄ Corupscum  
Excutiant ; longo ruit ille per aera tractu .  
Quem Sebridouii , telo præfixa rigenti  
Lancea consequitur , punctimq̄ inuecta penetrat  
Terga boum , & summum degustat uulnere collum .  
Extrahit ille manu telum , sed mucro recuruus  
Neruorum in medio , sanie remoratus inhaesit ;  
Inq̄ hostem uersus , clypeo assurgebat , & ensis  
Auxilium , hostili gauderet morte petebat .  
At ea conantem , solida Secignouius ornu  
Præuenit , ingenti robur stridore per auras  
Intonat ; & dextro qua iungitur ulna lacerto ,

Quaq̄

Quaerit uirilis habet manus internodia, uulnus  
Direxit, pugnanti ensis, clipeusq; Corupscio  
Effluxere, fuga & peteret suasere salutem.

Magnanimi Heroes, nulla hic iniuria uobis  
Infertur, quod uestra amborum uni arma Corupscio  
Opposui, stat uester honos, & gloria belli.  
Nullius dextra diffidimus, ambo rotundos  
Concutitis clypeos, celeresq; insurgitis hosti.  
Verum, sic quoniam non inuida fata tulere  
Ut uobis caesus, sequeretur signa Corupscus  
Victorum, & Lechos praeferreret sorte paterna;  
Complacuit profugo nobis, has tradere partes.  
Diceret atrocem, quo uos feruore Graduum  
Excipitis, qualesue manus miscetis in armis.  
Et uestris, circum Lechorum uetus in urbes  
Elogiis, iuuenum bello succenderet iras.  
Pulchra equidem laus haec, etiam uisura nepotes.

Te si non animi piguit, cecidisse Polonis  
Nec merita illorum pudeat retulisse Corupsci;  
Hoc siquidem melius profugam solabere sortem.

Nec dum animis Aloschi cecidere, inimica reflexo  
Signa gradu agglomerant, multoq; in praelia plures  
Succedunt, caesisq; inducunt mille manipulos.  
Alcidis tanquam, mutilati colla dracones  
Lernaei, manibus semper geminata resumunt.  
Lechiadae duri, multis obsistere contra

Productis

Productis nituntur equis; hinc inde phalanges  
Coniungunt, & in grauiore feruntur in hostes.  
Emicat ante omnes ductor Uvriscius armis  
Emeritis; æuo Pilius iam tempora cuius  
Aequabant annos; sed amor sub corde senili  
Maortis iuuenilis erat, roburq; nec Hydra,  
Nec Nemeæus aper cui, nec terrena propago  
Sufficerent: rutilus Maortem spirat in armis.  
Hic ubi Lechiadum, toties exisse labores  
In cassum uidit, nec adhuc, nisi sanguine primum  
Queratur, longo, sortem apparere benignam:  
O socii dixit, quo fert fortuna sequamur.  
Nam Moschos ea monstra petunt, quod prælia nobis  
Durius eueniant, quid enim ualuere uidetis.  
Longius ut pugnent utinam oro, nulla prophane  
Extabunt ( ut spero ) usquam uestigia gentis:  
Verum si cupitis, nos ut uictoria scælx  
Excipiat, letoq; coronet tempora lauro;  
Vnitis omnes instate cohortibus illis.  
Robora ne citius, dum sunt diuisa refringant.  
Ne me equidem ex acie hac, uobis adferre triumphum  
Cernetis, uel prostratum liquisse coronas.  
Si pereo, saltem patriam seruasse iuuabit.  
Classica adhæc, pugnam accendunt, Martisq; furores  
Horrendas, augent, lituis clangentibus iras.  
Impete permici ruit, & superincumbat hosti

Lechiadum legio; strictis mucronibus omnes  
Rem peragunt, uersantq̄ suos in cædibus enses.  
Horriſer æthereum, clamor perturbat olympum.  
In belli introitu, primoq̄ in lumine cædis,  
Semona Palenci, obruncat Uuriſcius acer.  
Huic Cnaſum Biſci, auxilium perferre uolentem  
Ferre disyciens inſeſto, tegmina ferro  
Adiunxit; uerum poſuit diſcrimen utrique.  
Nam tibi Palenci, caput à ceruice reuulſit;  
Te conſoſſa ſuum deplorant ilia Biſci,  
Et pingui in ueſtes abdomine lenta feruntur.  
Et ſocii glomerant cædes, mucronibus atras.  
Beldouius Sencona ferit, Dimitrumq̄ Bludumq̄,  
Perſequitur Couarem, eiusq̄ in morte moratur.  
Iuaſcum Celadina ſibi Tarnauius ante  
Præripuit; ſolusq̄ ſuo illi ablanditur enſe.  
Nec quicquam obſtantiem Vorotiſcum conterit, atque  
Membra inter, rigidum condit uitalia ferrum.  
Inde Petilonem ſuperat, quo Moſchica nullus  
Signa ſequebatur maior, ſonuere propinquit  
Eius ad interitum montes, & pondere tellus  
Intremuit mater, nigris & inhorruit undis.  
Nec Bunicouium retinet mora, pectora Vaſci  
Traycit, atque in corde, tenuis capulo abdidit enſem.  
Hoc & Balicius facit, Andricumq̄ trinode  
Vſque ſub intimi, fluiuium demittit Auerni.

*His quoque coniungit Semetcum Unecius, atras  
Atque subire iubet, uasti Phlegetontis arenas.*

*Sed quis tot cædes, & singula prælia uersu  
Expediet? cui lingua triplex, & ferrea uox est.*

*Interea dextro in cornu, Olesnicius armis  
Cui iuuenis præerat, sed nulli Marte secundus:*

*Subdola Lechorum arisit fortuna furori,  
Promouitq; neces Moschis: iam lute relicta,  
Prospectare fugam, & pugnas posuisse parabant.*

*Cessissentq; loco, ductor ni Ediga fugatum  
Firmasset clamore agmen, consistitur ergo.*

*Per medios Ediga ruit, pugnamq; recuruo  
Poscit Olesnicii gladio; ceu magnus Orion*

*Cerulea dum sulcat Nerei, supereminet undas,  
Brachia, Neptunumq; patrem in certamina querit.*

*Obuiat intrepidus, celeri per inania cursu,  
Lechiadum ductor, cæsis tot millibus, actum*

*Nil reputans, cæsarum sospite rege phalangum.  
Nec mora, quadrupedum hortantes calcaribus armos,*

*In mediis cuneis, quassantes impete terras  
Confluxere duo; ferit horrifera astra boatus.*

*Principio diuos, agnouit uterque benignos.  
Postquam alias inire uias, aliosq; recursus*

*Conuertere, simul contraria tela tulere;  
Tum demum ardescunt iræ, & pugna aspera surgit.*

*Iam cessasse loco pudet, aut conuertere retro*

Alipedis cursus, nudasse uide dedecet. atra  
Terga fugæ, quem quisq; locum tenet utitur illo.  
Obfirmant contrà alipedes, cursusq; uicissim  
Impediunt, pugnam & sine iam concursibus urgent.  
Hinc atque inde rotant enses, animæq; recessus,  
Sollicitis querunt animis: quâ lethifer instat  
Ensis, uterq; arcet clipeo, uel reprimat ense.  
Quaque patent aditus, hostiq; pericula mortem  
Intentant, istuc inimicos dirigit ictus.  
Sic Elephas, rigido squammæ munimine tectus  
Rinocerotæ petit; nec se indiscriminatione apertum  
Præcipitat primò, ni quâ præuiderit hostis  
Conatus molitur iter, cornuue repellat.  
Demum si fortuna ferat, sub tegmina dentes  
Conycit, & geminato eboræ, inguina inermia scindit.  
Primus Olesnicio, in tanto certamine cristas  
Armorumq; decus, conos galeæ, abstulit ense  
Barbarus; exiguoq; caput discrimine lesit.  
Iamq; etiam uulnus, sublato inferre parabat  
Vlterius capulo; uerum Olesnicius ictum  
Ense celer subiit, ferrumq; per ora doloris  
Edigæ torsit, neruosq; ab origine rupit.  
Pigrius ille ruit, rapit Olesnicius alto  
Quadrupede exanimem, truncumq; reliquit arena.  
Olli continuo frigus peruadit in artus,  
Clara & in æternum, clauduntur lumina somnum:

Vitaq;



Vitaq; cum lachrymis, dudum luctata sub umbras 4280  
Ausugit, & medio pœnas persoluit Auerno.

Victor Olesmicius, galea terrore decora  
Cristarum Edigæ, uictoria tempora clausit.

Heu generose uirum, quid te mutare comantem  
Castida compellit? nempe ut uirtutis adesset

Hoc insigne, tibi testis? uidere Poloni,  
Moschorumq; duces, fueris quàm magnus in armis.

Aeuropæ atque Asiæ, indicta si lite tribunal  
Iudicis accedes, super his seruabere uotis.

Sed si tantus amor spoli, ac infracta salutem  
Promittit castis, longè est fœlicior illa,

Te qua cognouit uictorem Edigæ superbus.  
Androgei rutilo, pubes Troiana nitore

Proditâ cristarum, pœnas persoluit Achæis;  
Hæc ne fata tuum, maneant caput, abiice quæso

Hostilem galeam, mutilos ac indue conos.  
Extemplo turbatæ animis, nutrire cohortes

Corde fugam Moschi, Edigæ mors addidit alas  
Veloces illis: & seruato ordine nullo,

Iam iam terga dabant; sed quos Ceremissia gignit  
Insignes iaculis, tractant qui & bella pharetris,

A susco submissi equites, fugientia sistunt  
Agmina, uictoremq; ipsum statione corenant.

Ille animi fidens, socios ad prælia cunctos  
Aduocat, & medios effusis uiribus hostes

Aggredi-

Aggreditur : quo sola salus elongat utramque 1056  
Agminis in binas partem , nonque orbe resistit.  
At quem fata trabunt , hic frustra adferre medendi  
Confidit se posse modos , nam Iuppiter altus  
Per Stigias iuratus aquas , manesq; profundos  
Parcarum leges ullo non iure refigit .  
Obruitur primò iaculis , mox glandibus , atque  
Pondere fundarum ; socii testudine facta ,  
Excipiunt hymbres , commixtaq; fulmina nimbis .  
Sed vires inimica phalanx , compage soluta  
Auget , & inconstans dudum fortuna , uidetur  
Velle nouercari , primos quæ adiuuerat ausus .  
Iam clipei , umbonesq; stupent tot robora , dextra  
Atque pedes , viresq; labant , sub pectore solo  
Mens infracta uocat , defendant ense salutem .  
Vel si fors tulerit mortem appetuisse , ruinam  
Moschorum faciant , & non moriantur inulti .  
Hoc uisum est cunctis , nudis mucronibus hostes  
Proturbant , captisq; redit sub pectora uirtus .  
Verùm Olesnium , quò uult inimica morantur  
Fata , negantq; illi meritis pro talibus annos .  
Vix triplicem femore , ad pugnam distinxerat ensem ,  
Septenis & corda rotis , quibus umbo repellit  
Decliuis mortes , & ineluctabile fatum ,  
Numerat ; fulsere iubæ & mox cognitus horror .  
Tum uerò ignescunt Moschi , illum tendere contra

Non

Non audent, tantum contorquent spicula plenis  
Cornibus; Edigæ ante alios, lunauerat arcum  
Certius agnatus Curilo: atq; elapsa, per auras  
Nondum aderat neruo sanies, stridore propinqui  
Cum permota arcus, cassus (mirabile dictu)  
Prodidit egregium iuuenem; rimosaq; telo  
Præbuit accessus faciles, & sanguine flexit  
Hostili Edigæ manes; nam missa sagitta  
Cum uenit facile cerebro tepefacta resedit.  
Fertur Olesnicus letho, iuuenilia tabo  
Delibuta, modis pallescunt tempora miris.  
Vi si quis uiolas, & molli scindat Acanthum  
Pollice, confringantq; Stellisophilla pruinæ;  
Quæ uixere rigent, uigor & non primus in illis.  
Languescunt in morte, caputq; in terga reponunt.  
Fortunate puer, uates si adamarit Apollo  
Nos, poteruntq; aliquid tanti mea carmina quando,  
Nulla tuas unquam capient obliuia laudes.  
Dum genitor fluuios, lituo compescet eburno  
Astula Sarmaticos, & scepra Polonus habebit.  
Uives, ex animisq; hominum, non te eximet ætas.  
At socii, iniusto postquam sub uulnere uitam,  
Ductorem effudisse uident, hinc cominus atq; hinc  
Exanimem circumstantes, à corpore telis  
Propellunt, complere sinunt nec gaudia Ætoschos.  
Qualiter Hibleæ, concluso rege cateruis

Hostis

Hostis apes, totis conamina uiribus arcene,  
Et proprio redimunt, ductoris sanguine uitam,  
Sed longum miserae, tantum insultasse cohorti  
Haud licitum Moschis; aderat cum gente minaci  
Virchlenius, passim hostilesq; errare maniplos  
Prospectans, quod erat, mortem praesagit amici.  
Porrexit contra cuneos, & tympana ubique,  
Castigare iubet, Martemq; accendere cantu.  
Nox celleri progressus equo, bis tempora circum,  
Contorta, belli signum, quatrinode, manipulis  
Exposuit: socii tetris misere chelidris,  
Subiectis glandes flammis, & fulgura diro  
Elibrata tono, confunditur arduus aether,  
Permixti Moschis, Nohai, Mordisq;, Saulgi,  
Cermisisq; ruunt; tanquam inclementia caeli  
In segetes, si forte pluit dirae, ictibus hymbres  
Grandinis, immenso pereunt sata, parta labore.  
Quaeq; caput caelo extulerant, contusa ruinas  
Cum sonitu ad terras referunt; radice reuulsa,  
Atque iacent terras nunquam uictura per omnes.  
Dumq; metu trepidant, uacuosq; implere secundo  
Virchlenius mandat colubros, quò occasio nulla  
Accedat, spaciumue illis, perfracta locandi  
Agmina: pugnantem longis inferre uerutis  
Signa iubet cuneum, & seuas committere caedes.  
Iussa sariisophori peragunt, plenoq; feruntur

In Moschos passu, sedes complentur Auerni.  
Opponunt acies Moschi, conclusus at intus  
Miles Olesnicii, dirumq; in corde uenenum,  
Tardat eos; intrâ miseri cæduntur & extrâ.  
Robora quæ potuit, bello tulit ultima Suscus.  
Accrescit numerus, uirtus decrescit at illis.  
Accrescunt Stragis cumuli, uiresq; Polonis  
Cæsorum numerus, nec sors contraria subdit.

Atque ea diuersa, quando regione geruntur:  
Quas pugnans sortitus erat Sboronius alas,  
Fregerat, in mediosq; suum promouerat agmen,  
Moschorum cuneos; regali splendida luxu,  
Ilic barbaries, & spes certissima Moschum  
Constiterat; telisq; hostem prohibere parabat.  
Quos inter medios, magna se mole Vasilium  
Vertere conspexit, Martemq; accendere dictis.  
Ceui stabula alta inter, capream si forte Lycaon  
Conspexit, diro stimulatus acumine uentris,  
Dentibus infrendet, pectusq; exastuat igne:  
Nox seu difficiles aditus, seu copia portæ  
Vlla datur, metuendus adest, miser asq; bidentes  
Corripit, & multo saturatus uellere prodit.  
Sic ruit in Moschos alacer Sboronius, hostem  
Ingentem quærens, quo cum Mauorte perennis  
Commissio, æternum conferret gloria nomen.  
Hoc quoq; præcurrens uult Lesnouolius agmen.

Conceptumq; auget, sub summis ossibus ignem.  
Ergo statim cinctus, sociorum bella phalange  
Arripit, & Moschum celeri in penetrabilia cursu,  
Deuehitur; sensere statim generosa manipli  
Corda uiri, caesiq; altis cecidere ruinis.  
Ille petens regem, nunc hos nunc fulminat illos:  
Cum sociisq; simul, mediis in millibus ardet.  
Nuncq; satur caedis, deducta ex hoste phalange,  
Seponit paulum Martem, nunc robore sumpto,  
Viribus aggreditur, multo maioribus hostem.  
Atque iterum notis se immiscet protinus armis.  
Tanquam Hispanus Anas, delapsus flumine longo,  
Obliquisq; uadis fessus, sinibusq; reflexis,  
Absorptus reparat, sub hianate uoragine cursus:  
Post recipit uires, uariisq; inflatus aquarum  
Vorticibus, terrae specubus uiolentior exit.  
Fortius, & uastae transmisisse Thyros undis,  
Gadibus, auratas Tartesi erructat arenas.  
Non Moschi sufferre ualent, tot milite bella  
Incursumq; uiri, nudent si terga uerentur,  
Ne Syrtis intrent, cupiunt dum exire Charibdim.  
Ad patrias artes ergo, fraudesq; dolosas  
Vertuntur, magiaq; uolunt committere pugnas  
Et quem non fregere, dolis innectere tentant.  
In cuneos pandunt aditus, turmisq; phalangum  
Extensis, inferre sinunt ibi signa Polonos.

Vota ubi successere cauo, mox cornua retrò  
Aere uocant, iunguntq; gradu diuersa reflexo  
Signa, hostis sinuoso & turbine terga coronant.  
Non secus, ac si quando citæ, intra tecta ferarum,  
Commouere canes, catulis committantibus ursam:  
(Quos illa alternos cursus cum forte leuaret  
Mulcere, & docta informes effingere lingua)  
Agricolæ uasta infelicem indagine claudunt,  
Undique deuincendi ardore, Polona iuuentus  
Obiicit, armatis Moschorum pectora gyris.  
Ingentiq; periculo interrita mole sua stat.  
Desuper immixtas mortes, umbonibus arcet:  
Comminus aggreditur nudo certamina ferro.  
Qualis in Aegæo, deprensus nauita ponto,  
Inter se oppositi, attollunt dum prælia uenti,  
Flantibus antennas, æratos obycit undis  
Prorarum dentes, fluctus quibus æquoris altos  
Temperat, & tutos seruat per ærula cursus.  
Rarefcunt cunei Moschum, nam bellica uirtus  
Procumbit, flosq; ipse uirum queis corde Vassillus  
Magnus erat, gentisq; odium crudele Polonæ.  
Parcius oppugnant alii, licet æstuat idem  
Illorum sub corde furor, nec non minor ignis.  
Deiectiq; loco, obductas per terga, phalangum  
Dissoluere plagas, confectaq; lina manipulis.  
Et ueluti uolucres, ad nota cubilia campo,

Vesper agit, coelque ruunt instante procella  
Tempestatis apes, ubi dulci nectare cellas  
Distendunt: rapido regem petiere tumultu.  
Hostes unitis fracturi uiribus; illic  
Sed peior rerum facies oblata, repente  
Nutantes, tristi concusso corde pauore  
Confregit mentes, & desperasse coegit.  
Venerat in pugnas, Sboroui signa secutus  
Cisouius, longa solitus certare sarissa:  
Et belli comes, & doctus dulcedine linguae,  
Curarum lenire moras; hic dum acrius hostem  
Contra intendit iter, Moschumq; in millibus erae  
Incautus, diro transfixus uiscera ferro,  
Ante oculos, uitam sub arte reliquit amici.  
Tum uero misero, turbatus funere lethi,  
Irruit in Moschos, catulis Sborouius urfa  
Orbata horridior, certoq; tenore Vafilli,  
In iugulum fertur, ueloci turbine rumpens,  
Qui conanti obstare uolunt; ceu dissipat aeri  
Oeneis immissus agris, Latoidos arae  
Vltor aper, dirum latrantes, dente molossos.  
Cuius sanguineis scintillant lumina flammis,  
Setarum ceruix horrore, hastilia praefert.  
Quandoque in medios, irrumpit feruidus hostes,  
Non minor elisis excusso nubibus igne,  
Fertur, & hosq; illosq; inimico diripi ictu.



Nunc obliquata, rigidos ceruice per armos,  
Intendit dentes, reparato fortius ore,  
Missurus fulmen: nunc hoste à parte sinistra,  
Conciso, dextrum repetitis ictibus aufert.  
Quemlibet haud uolucris ignarus prosternere gyro.

Viderat hæc Regina Deum, Saturnia Iuno,  
Atque ausis turbata uiri, ne gloria Moschum  
Concidat, & capti Martis non tædeat unquam:  
Quamuis fata uetant, non sitq; ignara Tonantis  
Consilii, tamen usque putat cessura labori.  
Sola per æthereos ignes delapsa, Vasilii  
Agmina coniungit, mentesq; resuscitat ægras.

Ipsi animos hostes contrà, uiresq; secundas  
Sufficit, & socios Lecheia trudit in arma.  
Nunc succincta latus ferro, atque immixta manipulis,  
Militis officium complet, pugnasq; lacepsit.  
Iam princeps belli, nutantes increpat ultrò,  
Et tepidum Martis clamore accendit amorem.  
Lechitisq; ferè partos, extorquet honores.

Interea saltus Hæmi, Rodopesq; niuosos,  
Præteruecta Venus, celeri labentia cursu,  
Flumina, Threiciis contingit nota pharetris:  
Strymonis atque undas, & scæui horrentia Martis  
Culmina, sanguineisq; subit tentoria uelis.  
Torua uirum facies portas tenet, obyce uallo,  
Atque repentinos, à longè submouet hostes.

In circum Thraeces, lunatis cornibus errant, <sup>1264</sup>  
Pectoribusq;, obiectis exercentur equorum.  
Pars acres tendunt arcus, pars pila lacertis  
Contorquent, equites bibulae rotantur arena.  
Bellipotentis ubi sedes, laquearibus aliis  
Dependent clipei, & seruantia tela cruorem:  
Hinc rutilant galeae, cristis crepitantibus, inde <sup>1270</sup>  
Loricæq;, hastæq; simul, capientibus adsunt.  
In dextra Bellona sedet, Lis, Rixa, Furorq;  
Alana rabies, Liuor, Vindicta, Simultas,  
Contemptusq; Odiumq;, Senatusq; ultima Cædes.  
Sed cui propendet collo Regale sigillum.  
His famuli mortes, his Ditis numina Parca,  
Blanditias adhibent, horumq; ope pondera ponunt.  
Pondera mortales, retinentia stannicæ uitas.  
Considet in medio strato Gradivus in ostro,  
Loricæ sacros, indutus nexibus artus, <sup>1280</sup>  
Aerata manibus librans utrisq; trinodem.  
Ad quem tum precibus Cithærea est talibus usa.  
Postquàm res Asiæ, superis charissime coniunx,  
Euertisse fuit uisum, atque resurgere nostri  
Aeneæ uirtute, iterum noua Pergama scirem:  
Nullum abs te auxilium, quo uellem fortiter hostis  
Sustinuisse manus, nec te ipsum in bella uocari.  
Quamuis, non aduersa mihi tua sancta uoluntas, <sup>1288</sup>

Tunc

Tum foret, & Phrygia deberem plurima Troie.  
Troiuenasq; illo posses arcere periclo.  
Omnia sed fatis dederam, magnoq; Tonantis  
Consilio, minuens contraria fata, Deorum  
Pollicitis: qui ueri ut sunt sic uera locuti,  
Promissisq; steteris suis: nam uidimus arces  
Fundantem Asaraci prolem, Troieq; per aras  
In Capitolino uenerantem, colle penates.  
Vidimus & Romam, Tyberisq; potentia sancti  
Quanta fuit, quantum iugo submisserit orbem.  
At postquam Regina Deum, promissa Tonantis  
Fregit, & Aeneadum de toto sustulit orbe  
Imperium: haudq; incerta ferar, sententia uertas  
Cum non ulla patrem: leges imponere mundo,  
Et regere æternum populos, sine iudice partes  
Esse meas; Regnum placuit deferre Polonis.  
Et facere æterna gentes ditioe tenerent.  
Nam si Troiuenas libuit regnare parenti,  
Et Lechis si forte prior queratur origo,  
Asaracus genitor, Rethæaq; littora stirpes.  
Quare ad te supplex uenio, & te in uota precesq;  
Posco parens, uestro firmetur numine nobis  
Imperium, spes nostra tuis nitatur in armis.  
Tu Deus armorum, tibiq; omnis causa secunda est.  
Cernis ut insultet nobis, Iunonis imique  
Vis, & fraterno ruat, illa potentia bello:

Exere

Exere falices dexteras, confringe Vasilum,  
Iunonisq; odia; eternum regnare Polonis  
Sic liceat, miseræq; mihi finire dolores.  
Dixerat: & niueis connectit colla lacertis  
Coniugis, atque imas incendit amore medullas.

Tum genitor, noto postquam calefactus ab igne est,  
Talibus orsus ait. Nunquam Citherea salutis  
Oblitus Teucrumue, tuæue sui; abiice curas,  
Nec perge indubitare mihi; si Troia dextra  
Defendi posset, nostra defensa fuisset.  
Te ducente, meis raptos ex hoste penates  
Auspiciis, tulit Aeneas in regna Latini,  
Obseditq; truces populos, Albamq; locauit.  
Et nunc, Iunonis non exhorresce furores,  
Deicere tui; poterit mea dextera quantum,  
Omnia disponas, tibi nostra potentia subsit.  
Hæc ubi dicta, Deam sanctis complectitur ulnis,  
Bellonamq; iubet, rapidos conscendere currus:  
Ignipotentis opus, Brontis Steropisq; labores.  
Undique Trinacrii falces Cyclopes in illos,  
Contulerant; falcati axes, temoq; roteq;  
Tegmina quadrupedumq; fuerunt helcia falces.  
Exin commoto incircum Bellona flagello,  
Instat equis; rapidi strident in cursibus axes.  
RANCOR & IRARuunt, celumq; hinnitibus implent,  
Præcipitiq; terunt subiectos impete campos.

Postquam

Postquam iter emensi, & cuneos tetigere Polonos,  
Placatis, Zamoscius & Sennauius hostem  
Contra ubi constiterant, demum Bellona per armos  
Immittens stimulos, commouit corde furorem.  
Illi concipiunt, ardentia pectora flammis,  
Gutturèq; eiciunt ignes, simul impete facto,  
Falcibus obliquè moderantes, agmina currus,  
Moschica prosternunt, cumulant ac stragis aceruos.  
Per mediasq; ingressi acies, in dextra citato  
Signa ruunt temone, & uerrunt falcibus hostes.  
Nox uersi relegunt cursus, leuuiq; fatigant  
Cornu, Iunonis nec eos præsentia terret.  
Ipsa soror Martis, serpentum Gorgone seua,  
Excutiens Bellona manus, hinc inde cruentas,  
Seminat in Moschos, lethi genus omne: relecto  
Corde infelicem iste animam euomit, ille sarissa  
Transfixus, nigras Erebi descendit ad umbras.  
Hunc secure rotæ radius, hunc ilia rostro  
Martis equi traiecere, atque dedere ueruto.  
Ille medullarum, mixto torrente cruori  
Auulsa ceruice, soli largè irrigat arua.  
Huic pulmone sedet ferrum, huic diaphragmata glandes  
Infestant, illi lacerata est fabrica uitæ.  
Parua loquor, rigidus cunctos absorbet Auernus.  
At uerò Lesnouolius iam lætior agmen,  
It circum uagus, & præsentis numinis omnes,

I Admon et,

Admonet, atque ignes animis pugnantibus addit.  
Quo stet quisque loco uidet, & quid dextera tentet  
Quaeque notat, quem bella iuuent, quemq; ocia tardent.  
Suscitat imbelles, atque addit fortibus ignem.  
Incumbunt celeres socii, letoq; feruntur  
In Moschos passu: tota regione colubri  
Incensi, patulis eliso faucibus igne,  
Horrendo stridore tonant, hic gesa pererrant,  
Illic pila uolant, medio stat in aequore caedes.  
In segetes ueluti, laxis Vulcanus habenis  
Incidit, igne prius modico, per limina serpit,  
Circuitumq; omnem, flammis crepitantibus ambit.  
Post ubi scintillis, litus uidet omne teneri,  
Undique progreditur, flammisq; uoracibus haurit,  
Omnia, nec segetum campo uestigia linquit.  
Sic omnis cecidit uirtus Moschum, undique postquam  
Viribus excisis, medio stetit horridus hostis.

Moschus ut infausti, uires crebrescere Martis  
Vidit, & aduersa socios succumbere pugna:  
Ignarus mentem quid agat, succurrit in armis  
Pulchrum posse mori, & socios comitare sub umbras.  
Sed uitæ natiuus amor uetat, hisq; pauentem  
Consiliis animum mouet, ac deterret honesto.  
Si fugiat, fuga dedecus est, liquisse premendos  
Demum turpe subit socios: his aestuat ergo  
Pectora dum curis, ac ponderat omnia secum

Lance pari, nonque excusis rationis habenis  
Vitur, uile damnosum, respectus honesti  
Vicit, & in medios moriturum propulit hostes.

Quo turbata Iouis coniunx, Saturnia Iuno,  
Præteruecta celer cuneos, aduersa repente  
Obstitit, & tales mærens dedit ore loquellas.

Quò periture ruis? maioraq; uiribus audes?  
Non tali auxilio, non pugnatoribus istis,  
Res tua consurgat, non si hic meus esset Achilles.

Quæ cælum rego, quæque homines irata figuro,  
Esse hominesq; ueto, Phlegeton cui supplicat ardens,  
Quamq; maris reuerentur aquæ, nunc uicta relinquo

Prælia, Lechiaco agmina nostra teruntur ab ense.  
Heu mecum te hinc eripe. Sic effata morantis  
Cornipedem arripuit, fugiuntq; per auia retro.

Nec mora, qui circum steterant retulisse Uasillum  
Ut uidere pedes, turbati pectora planctu,  
Diuersi fugiunt, sequitur quos cætera pubes.

Dat metus attonitis stimulos, cæciq; feruntur  
Conclamant subito Atroschos, cessisse Poloni,  
Et cursu effuso, fugientum terga fatigant.

Imperiosa phalanx equitum, præcedere frontem  
Nititur: atque leues uult cursu æquare maniplos.  
Tantus amor cædis, tanta ac in pectore uis est.

Nondum constiterant fluuii, nec marmora subterno  
Occa suos poterat, ferrata abscondere fluctus  
Vici.

Vicinosq; immisso obsederat æquore campos :  
Namq; diu imperium, horrificamq; Tyrannida Moschi 1420  
Pertæsus, fatiq; sciens, dum prælia starent,  
Fontibus undarum, sæuo commota tridente,  
Claustra relaxarat, reditum torrentibus undis  
Impediens Moschis: hocq; est iuuisse Polonos  
Officio uisus, sanctoq; applaudere Regi  
Hicq; ubi perueniunt, trepido fugientia cursu  
Agmina Moschorum, pars sese in flumina saltu  
Præcipitant: pars occultas, per litora calles  
Auxiliumq; fugæ querunt: diuortia nota,  
Et reditus, hostis uerum custode tenebat.  
Ergo armis, animaq; exuti ad Tartara tendunt.  
Quos uidit rapidis, innare in fluctibus Occa,  
Iratu scelus elabi, de gurgitis imo  
Progrediens aperit fluctus, hicq; iniicit omnes.  
Desuper at cumulo absorptos oppressit aquæ mons.  
Sic nihil iniusti est, quod non terat ultio Diuum.  
Iam sol inuito lustrarat lumine terras,  
Hæspæriusq; suos bruges, absconderat undis.  
Extrema sed adhuc incensa crepuscula luce,  
Præbebant terris lumen: cum classica Lechos  
Venatu hostili reuocant, atq; æquore campi  
Nox exire iubent celeresq; in castra reuertii.  
Conueniunt omnes patrium Pæana canentes.  
Quos inter medios, ubi Lesnouolius heros

Constitit,



Constitit, innitens clipeo, his affatur ouantes. 1455

Maxima res effecta uiri. hoc in Marte Kasilli. 1456

Procubuit robur Moschum, & lunonis iniquæ,  
Ingentes cecidere minæ: hæc sunt ( corpora monstrat  
Fusa hostis campo ) felici sydere cæpti,  
Primitiæ belli, & uincendo ex rege triumpho. 1450

Craстina lux igitur, postquam repetiuerit ortum,  
Vota patri æterno, primo soluamus Eoo.  
Inde strues cæso geminas, ex hoste, trophæum  
Mauroti sacremus, honor sit debitus illi.

Nunc uerò ægregias animas, uictoria quarum  
Sanguine nos sequitur compulsæ, cadauera præter  
Moschorum exceptas, tumuli decoremus honore.

Quod superest, animos firmate in prælia uestros:  
Et uos passuram, dominos præsumite Uolgam.  
Digna relaturi uirtutis præmia uestre. 1460

Sic ait, & factò demùm mox sine quieuit.

Ne quoque depugnasse sat est: quæ prælia nondum  
Si benè sustinui, nec ueri militis ausus

Impleui, non nostra malignus nomina rumor  
Opprimat, & turpes paulùm frænentur Hyæne.

Tyro fui, nec adhuc solidæ sub pectore uires  
Extiterant, fregitq; meos Lerneæ Hydra lacertos.

Nunc primum graue Martis opus, tolerare tumultus  
Asuesco, campoq; hostem expectare patienti.

Post aliquid dabitur uicio, cum bella geremus 1470

Robore

*Robore maiori, & tunc dissoluantur Hyæna.  
Ni tamen ante meos ornarit laurea crines.*

**FINIS.**

**VALENTINVS ROSARIVS  
IOANNI STARICONIO  
SEMVSOVIO.**

*ARMA uirosq; canis, funesta in prælia motos,*

*Quos Iouis exciuit uxor, & alma Venus.*

*Nira canis, fateor, prisco nix credita seculo,*

*Quò tulit, innumeros impia turba Deos?*

*Sed canis hæc falsò, uerè ut uideare locutus,*

*Scilicet hoc facit ars, ingeniumq; tuum.*

*Fingere concessum est, solis impunè Poetis,*

*Sit mendax uates, uerus at Historicus.*





